



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De dente S. Nicolai in Bruvvilre, cap. 68.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

talium triumphas indignentur, dicam tibi, quod monachus quidam de Bruwilre mihi recitauit.

## CAPVT LXVIII.

**Q**Vando ecclesiam suam monachi iam dicti cenobij ampliari disposuerunt, per quosdam sacerdotes seculares, in lingua potentes, & ad emungendum pecunias efficaces, dentem patroni sui beati pontificis Nicolai, ad diuersas transmiserunt prouincias: erat autem crystallo inclusus. Die quadam, cum prædicatores conductitij inhonestè se gerendo, vas tantarum reliquiarum circumferrent, crystalus crepuit, ac si illorum blasphemias pontifex reuerendissimus sustinere non posset. Quo miraculo viso, monachi dentem retulerunt, neque ad tale opus ultra eum de monasterio efferri passi sunt. Ego rupturam eius crystalli vidi. **A P O L L O N I V S:** Quid est quòd quidam martyres alijs maiora signa faciunt post mortem: estne hoc ex aliqua eminentia sanctitatis? **CÆSARIVS:** Sicut superius dixi, miracula non sunt de substantia meriti, sed signa sanctitatis: quidam sancti in vita sua multa signa faciunt, & post mortem quiescunt; alij econuerso, quia nulla sanctitatis suæ indicia in mundo dederunt, post mortem miraculis clarescunt.

## CAPVT LXIX.

**B**Eatus Thomas Episcopus Cantuariensis, qui nostris temporibus pro ecclesie libertate vsque ad mortem dimicauit, nullis miraculis in suis persecutionibus coruscavit, satisque de illo post occisionem disputatum est: quidam dixerunt eum damnatum, vt regni proditorem; alij martyrem, vti ecclesie defensorem. Eadem quaestio Parisijs inter magistros ventilata est: nam magister Rogerus, iurauit illum dignum fuisse morte, etsi non tali, beati viri constantiam, iudicans contumaciam. Econtra magister Petrus Cantor iurauit esse martyrem Deo dignum, vtpote pro libertate ecclesie trucidatū. Quorū quaestionem Christus soluit, cum multis & magnis illum signis glorificauit. Nō ideo tamē Apostolis, siue alijs

*li. 6. c. 5.  
& l. 8.  
cap. 53.*

*Cur SS.  
aliqui  
tantum  
post mortem  
miraculis  
clarescāt*